



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Antonii Mvsae Brasavoli Medici Ferrariensis Examen  
omnium Trochiscorum Vnguentorum, Ceratorum,  
Emplastrorum, Cataplasmatumque, & Collyriorum**

**Brasavola, Antonio Musa**

**Venetiis, MDLI**

Senex. XIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70720](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70720)

astrum aliquam habet cum alijs affinitatem. BRAS. Adde & multam cum alijs habere differentiam, sed hoc ad rem nihil facit, pro stella trochiscis ego astrū ex Galeno adductum in meo pharmacopolio conficerem. Serapionis uero, et Auicennæ stellam prætermitterem, quāquam neq; horum authorū stella uitio uertenda sit: nam intentiones ferè equales habent: at tu trochiscos alios in medium afferto.

S E N E X.

XIII.

Trochisci de Thure sese sponte offerunt. BRAS. A quo desumuntur authore? SE. A Rasi in nono ad Almansorem in capite de Singultu. BRAS. Quomodo illos conficis? SE. Vt author ipse refert, q̄ ita conficit.

Recipe Thuris drachm. V.

Enulæ drachm. III.

Mentastri

Foliorum rutæ siccæ } Singulor. drachm. II

Amyli

Seminis nemen drachm. III. & sem.

Informentur ex his trochisci pōdere unius aur. BRAS. Quo liquore, aut qua re conficiendi sunt? SE. Ab authore non exprimitur: ego autem sēper mel rosatum colatum accepi. BRAS. Prosequaris & deinceps, nam ex melle confici summe placet. SE. Per nemen quid uere intelligendum est. BRAS. Quid accepisti tu quando aliās eiusmodi trochiscos parasti? SE. Serpilli semen semp accepi. BRAS. Et eo deinceps semper utitor, non sunt in magno usu. SE. At in meo pharmacopolio semp habui, licet raro uendiderim: uerum ad quos conueniunt affectus? BRAS. Pars illa in qua apud Ra

i sim



sim referuntur, ad singultum conuenire ostendit. At ad alias compositiones te conuertito.

S E N E X.

XIII.

In meo inordinato ordine trochisci de Violis suã sedem hic fixere. BRA. A quo authore accipiuntur? SE. A Mesue in suo Antidotario, qui illos ponit sub nomine hamech: unde nonnulli ita illos inscribunt, Trochisci de uiolis hamech. BRAS. illi sunt quos dicit inflammationes sedare, uentrem lenire, et pectus mundificare. Illorum uero compositionem referto. SE. En refero.

Recipe Foliorum uiolarum inter humiditatẽ, et siccitatem mediarum aur. XII.

Turbith albi, & gummosi aur. VI.

Succi glycyrrhizæ aur. III.

Tereniabim drachm. IIII. Fac trochiscos.

Dosis eorum est aur. II. cum zuccaro, aut pulpa castiæ fistulæ, & quandoque inuitat necessitas, et ponuntur in eis Scammonij aur. II. BRAS. Bilem euacuant, & pituitam, & bilem magis si scammonium receperint. SE. Deinceps ergo scammonium sum additurus. BRAS. Si addideris, illis frequentius utar, & si dixeris hos esse in usu, non ita constat, quoniã Ferrariæ adsunt pharmacopola qui trochiscos de uiolis seruant à Mesue in capite de Turbith descriptos, quorum compositio hæc est.

Recipe Turbith partem unam.

Foliorum uiolarum partes duas.

Gingiberis partem semis. Misce, & fiant trochisci.

SE. Quo subigi debent? BRAS. Violarum folijs, quæ sicca esse non debent, sed humiditatem habere, at si folia non essent satis, uiolarum succus accipiendus esset,

donec